



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Prologvs Rvperti Ad Cvnonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

PROLOGVS RVPERTI

AD CVNONE M.



VID FACIAM O PHILOCHRISTI OM
nes auditores beniuoli, quia animus meus materiam qualem
cunq; sibi obiectā, quāvis supra vires sit, interpretatā siue inoper
ratā abire non sinit: Ecce cui dā amicorū sponsorū uel sponsi (qua
liū in Cāticis est illa uox, murenuas aureas faciemus tibi, uermis
culatas argento) multū roganti, opusculū tribus adiderā libellis
secundū materiā quā ille mihi obiecit, scilicet de sacramentis fi
dei sub Dialogo Christiani & Iudei, quod uidelicet opusculum
pro re uel qualitate suimet anulū placuit appellari, atq; hoc fa
cto, putabā me satis fecisse illius uoluntati bonæ & laudabilis. At ille, iuxta quod sapientia
dicit. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui libunt me, adhuc sitiens. ubi hoc tantillū co
medit & bibit, amplius esurient & sitiens, & quasi irritato mentis palato ex gustu boni sa
poris, hoc rogare, hoc instanter petere addidit: ut apponere loqui adhuc contra pfidiam
ludaicā, primū de tribus personis unius summæ diuinitatis, & demonstrare illi, quāuis in
uito, trinitatis gloriā testificatā esse ex lege & prophetis: quas nimis scripturas ipse legit
& recipit. Deinde cur uel quomodo magis ad personā filii pertinuerit suscep̄tio carnis.
Deinde & hoc demonstrare quod tēpus illud, quo natus est hic Iesus Christus, quē con
sitemur & scimus Messiam ipsū esse, quē expectabant patres sancti, promissum sibi, à
ueritate nō t̄ discrepare, immō ualde cōcrepet prophetiae, quā Patriarcha Iacob plocutus
est. Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fēmoribus eius, donec ueniat qui mittēdus
est. Hāc tria propones, num parua aut facile mihi materia obiecisse uisus est: Immō rem
magnā, rem difficultē imposuit, & quanto propinq̄uius huic animus accedit, & postulata fa
cere cupit, tanto pondus esse grauius sentit, & penē refugit, nisi q̄ majora suis uiribus iam
dudū cū auxilio dei uersare consuevit. ¶ Quid igitur faciā? Nimi⁹ hoc expedīt & optimū
est, ut habens amicū, eam ad illū media nocte, & dicam. Amice, cōmoda mihi tres panes,
quoniam amicus meus uenit ad me de uia, & non habeo quod ponā ante illū: amicus meus
amicus meus, qui tamen s̄aepē elongatur à me, ita ut recte clamem, & cor meū dereliquerit
me. Ergo ueg dicere licet, & amicus & desertor ipse est. Amicus nimis, in eo dū intus se
cōinet: amicus, dū uocat & ad aliq̄ē sanctorū cōuertitur: amicus, dū cogitat altius, quod
desilius propter nos uirginis filius factus est: amicus, dū adhuc altius intuetur mysterium
crucis, quod per illā idē dei filius omnia traxit ad se: amicus, dū adhuc altissime gloriā bea
te Trinitatis cupit uidere, quasi per speculū & in ænigmate. Hunc deniq; sumer process
sum, & olim in quadā uidit imaginē, & nunc rebus aliquantisper experitur. Dū post mul
ta quā scrutatus est in scripturis eiudē Christi filij dei testimonias, nunc tandem aliquid dul
cei locundum de gloria sanctae Trinitatis & processione Spūs sancti effari desyderat.
¶ In quo aut̄ desertor idē est: Nimi⁹ desertor in crebra resolutione, desertor in popositi
obliuione, desertor in fenestris per quas nō deberet exire, desertor in uisu, desertor in audi
tu, desertor in gustu, desertor in odoratu, desertor in tactu, hic talis ecce nunc, ut s̄aepē fe
cit, de uia redit ad me. Sed quid dicā? Non habeo (ut iā dixi) quod ponā ante illū, non ha
beo ex me sermonē bonū siue rectū & bene sonante, quo digne ualeā exequi opus propo
sitū. Restat igitur, ut (sicut iam dixi) ē ad illū ueg amicū, ad illum singulāre amicū, qui cū
deus esset, propter nos homo factus est, amicus & frater, dicāq; ei. Amice, cōmoda mihi
tres panes, amice, da sermonē q̄ & cor meū reficiat atq; delectet, & cultores trinitatis, qui
cunq; legerint uel audierint, adficiet. ¶ Olim dum tu, amantissime mi Cuno, Ratipō
nensis ecclesiæ Pr̄f̄sul uenerabilis, Legato sedis apostolicæ, domino Wilhelmo, Prene
sto Episcopo, quādā ex operibus nostris demonstrasses, & ille, ut vir studiosus & adpri
mē eruditus, intentā legeret atq; amplectetur: inter carterā libuit eū sc̄iscitari, si aliquid
operis ad didicisse de processione spūs sancti. Quod quia satis desyderanter sc̄iscitatus est,

A tu nimis

Cant. I.

Anulus Ru
pertī, Opus
culū lib. III.

Ecc. 24.

Argumentū
huius operis.

lege. discre
pet.
Gen. 49

Animushois
nēc amicus,
nūc deserter
est. Luc. 11.

Psalm. 39.

Iohann. 52.

Luc. 11.

Legatus Se
dis Aplicæ.

PROLOGVS RVPERTI AD CVNONEM.

tu nimis pro bona voluntate penè indoluisti, quod non haberè quod per illū deportari posset ad uestigia sanctæ A postolicæ sedis, de materia huiuscmodi, ut esset q̄si margarita super opus illud, quod (ut tu putabas) uelut auge ille exoptauit, & secū tulit, uidelicet explanationē in sex priores ex. XII. prophetis. Exemplar illud te agente & illo expetente amisi, sicut & cetera multa nostro operū exemplaria, q̄ tu profectus in episcopatu abfulisti. Cū ergo postulatū īgredi uelle de gloria sanctæ trinitatis, memoria simul illius diei mensē tetigit, uisumq; est augmentū fore qualisq; utilitatis, si simul in procursu eiusdem operis dulcedinē sermonis permiscerē secundū hanc materiā de processione spūs sancti. Fata or quia mox, ut occurrit mentio sue suggestio hæc (que utinā ipsius sit paracleti, de quo dñs ille uos inquit) docebit omnia, & suggesteret uobis omnia quæcūq; dixerō uobis) ualde cōplacuit, facieq; mentis ad occurredū ubi de linuit, & hilarē essecit. ¶ Sed quomodo Iudeo cōpeteret hic stare in dialogo (ut ille amicus postulauit) ante faciē Christiani reue lata facie cōtemplantis t̄ sanctæ trinitatis: & quæstiones proponere, quarū solutione magis ac magis reueletur uultus Moyse: cū ille à prima reuelatione statim fugere coſueverit. Amoto itaq; illo, sola cū quiete & tranquillo ocio sacras peragret paginas Christianas fidēs, quatinus & ille non interturabit, & tu Christiane nihilominus habebas qd cupis, quantum per nos deo iuuante fieri potest.

Iohan. 14.

alst gloriam

RVPERTI ABBATIS

TVTIENSIS DE GLORIFICATIONE TRI-

nitatis, & processione sancti spiritus. Liber I.

¶ Quod mysterium sancte Trinitatis thesaurus sit desyderabilis, & quod thesaurus ī agro absconditus sit. Caput I.

Mach. 13.
Thesaurū ab
sconditus ī a
gro.



Psal. 86.
Scripturæ po
pulorū sacra
Biblia.



Ger iste de quo proposuimus: sancta ueteris instrumenti scriptura est. Et recte dicitur ager: quia profectō res publica est. res in aperto posita, & cunctis hominibus, immō populis omnibus, legere uel audire cupientibus, proposita est. Hinc est illud in psalmo ueraciter dictū. Dominus narrabit in scripturis populo. Quid nāq; est qd dicit in scripturis populo, nisi ac si diceret, in scripturis q; populis expositae sunt, uel q; à populis oībus legi possunt? Quod ut diceret nō fuisset necessarium nisi essent quædā scripturas, sive quædā scripta q; nō sunt populorū, uerbi gfa, scripta Platonicorū: scripta Aristotelicorū. Nimirū ad distantia eorū, q; illi scriperūt, scripturæ heretice dicuntur scripturæ populorū, q; uidelicet pplos, id est simplices, à suam lectionem repelluntur.

HESAVRVS DESYDERABILIS TV
nobis es dō admirabile mysterium Trinitatis, & thesaurus
absconditus quidē, sed taliter, ut inueniri possit ab hoī at
tentō qui te quærēt, illuminatos per fidē habens sue men
tis oculos. Vbi em̄ thesaurus ille absconditus est in agro.
Sic eternū dñs ipse dicit in Euangeliō: Simile est regnū cœ
lorū thesauro abscondito in agro. Mirares. Non in saccu
lo, non in diuersorio, nō in cubiculo intra cubiculū, ubi so
lent homines abscondere thesaurū suū, quia de furibus so
liciti sunt, sed in agro, id est, in propatulo. Qualis/rogo.
hæc est absconsio, absconditū esse in publico. Attame ita
est, & oīno uerū est. Hoc opus nunc suscepimus, & hæc præsentis operis nostri est inten
tio, demonstrare, q̄liter uel quo thesaurus iste sit absconditus in agro. dicamus ergo, quo
ntā thesaurū istū solis cæcis absconditū inuenimus nos: & hunc oculos habentibus, quia
men forte nōdūm satis uiderūt, & uidere uolūt, quasi p̄tento demonstremus dīgo.

¶ Quod sancta veteris instrumenti scriptura ille ager sit, & quā ob causam
conuenienter agri nomine significata sit. Caput II.